

Alciato & Portio mea spōte arbitrarer. Nam corū
scripta, esto, me nō multum iuuerint, ut iuuisse non
negabo, certe occasionem de his scribendi, quod ali
quid puto, præbuerunt. In Græcis uero si quid de
studiosis eius linguæ hic meus labor meret, credo
me non admodum arroganter facturum, si id mihi
in solidum uindicarem. Et hic tamen Budæū & Al
ciatum, Portius enim solius medimni meminisse cō
tentus est, libenter etiam in partem laudis admitto,
uel ob hoc quod studiose quædā collegerint. Nam
quod ad reliqua attinet, illi min9 in istis elaborarūt.
Etenim Budæus tradit quidem Græcas mensuras,
sed sic ut paucas à Romanis capacitate distinguat.
utq; alibi easdem esse dicat, alibi in ijs nihil certi tra
di posse ferè asserat. Alciatus uero eas à Romanis di
scernere nititur, & in explicandis operam consumit,
quo etiam plus negocij mihi cum illo erit, cum alijs
duobus minus. Romanarū autem mēsurarum ratio
hoc fuit expeditior, quod reip. maximæ quidē, sed
unius tamen essent unicę. Græcarum uero inuoluta
magis primo quod diuersarū rerum pub, imo unius
nōnunquā fuerint diuersæ. Siquidem aliæ Atticæ,
aliæ Ephesiæ, aliæ Alexandrinæ, ut reliquas nō com
memorē. tum aliæ medicę, aliæ Georgicę, alię Hip
poiaticę. Deinde quod scriptores rei rusticę omnes
ac alijs plurimi perierint unde medicis mensuris ex
ceptis